

21

OBSERVATIONES
IVRIS ROMANI ET SAXONICI
Q V A S
P R A E S I D E
D. GEORGIO STEPHANO
WIESANDIO
PROFESSORE INSTITVTIONVM ORDINARIO CVRIAЕ
PROVINCIALIS SCABINATVS ATQVE COLLEGII
IVRECONSVLTORVM ASSESSORE EIVSDEMQUE
H. T. DECANO

DIE XXII MAII A. S. R. CICIOCCCLXXVIII

H. L. Q. S

PUBLICA DISCEPTATIONE DEFENSVRVS EST
IOANNES AVGVSTVS LVDOVICVS MENCKENIVS
VITEMBERGENSIS SAXO.



S P E C I M E N VII

VITEMBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACAD. A TYPIS

Quod in concurſu creditorum ſoluitur, prius uſuris decedit.

Elebilis noſtræ aetatis conditio infinitas propemodum de ſolu-
tione recte cum facienda, tum aeftimanda, controuerſias
parit. Quae quidem ſolent eſſe tanto frequentiores, quan-
to plures exſtant debitores morofi, qui fidem ſancte datam
improbis artibus fallunt, ita, vt boni creditores non ſolum ſperatis
commodis excidunt, verum etiam grauiſſimis dannis afficiantur. Id
incommode dum hodie in concurſu creditorum accidit frequentius,
non erit inutile quaefitionem huic facientem excutere paullo diligenter.
Saepe ſcilicet quaeritur, num id, quod moto creditorum concurſu,
ſolutum eſt, prius in fortem, an in uſuras, fit imputandum? Quae
quidem quaefatio diuersas doctorum hominum opiniones genuit. Sed,
vt eas recte diuidicemus, quid ſecundum iuris Romani pracepta ſta-
tuendum fit, breuiter attingamus. Iam quidem ex l. 97. *D. de ſolut.* per-
ſpicuum eſt, olim, ſi debitor, qui ex diuersis cauſis debuit, aliquid ſol-
uerat, neque mentem, quomodo facta ſolutio eſſet aeftimanda, declar-
uerat, hanc opinionem obtinuisse, vt ex pluribus debitibus durifſimum et
moleſtissimum, exſtinctum eſſe videretur. Egregie, vt ſolet, Vlpianus
in l. 5. *D. Tit. excitat.* hanc regulam tradit: *in his vero, quae praefenti die*
debetur, conſtat, quotiens indiſtincte quid ſolutum, in grauiorem cauſam videri
ſolutum: ſi autem nulla praegrauauet (id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint) in an-
tiquiorem grauior videtur. Poteſt quidem debitor animum, in quodnam
debitum ſolutum praefare velit, significare. Quodſi vero eundem non
exprimat, arbitrio creditoris permifſum, in quam cauſam ſolutum fit
imputandum. l. 1. *D. de ſolut.* Sed, ne potestate confeſſa abuterentur
duri nimis creditores, neque deeffet norma certa litibus de hac re ortis
ſapienter dirimendis; arbitrium creditorum aequis limitibus circum-
ſcriptum, iusque ſtabile insuper conſtitutum eſt. Etenim creditor ſo-
lutum ita accipere debet, vti naturalis praecipit aequitas, et debitoris
cauſam ita agere, vti ipſe ageret ſuam, id quod Vlpianus in *leg. adduct.*
perſpicue docet, cui addimus Stryckium *de cautel. contract.* *Sect. 4. cap. 1.*
§. 7. Quodſi vero non conſtet, vtrum creditor id, quod a debitore ac-
cepit, in fortem, an in uſuras imputauerit, non eſt dubitandum, quin
ſolutum prius uſuris decedat. Ita enim ſenſiſſe veteres, certum eſt. No-
ſter

ster quidem Vlpianus, quem lubenter magistrum sequimur, in l. 5. §. 3.
D. de solut. sic statuit: apud Marcellum libro vicefimo Digestorum quaeritur, si quis ita cauerit debitori, in sorte et usuris se accipere, utrum pro rata et sorti et usuris decedat, an vero prius in usuris, et si quid superest, in sorte, sed ego non dubito, quin haec cautio in sorte et in usuris, prius usuris admittat, tunc deinde, si quid supererit, in sorte cedat. Adeo satis certa Imperatoris Antonini sanctio, quae in l. 1. C. de solut. et liberat. eandem sententiam corroborat. Conferatur quoque l. 21. C. de usur. et Harmenopulus in promtuar. iur. Libr. 3. Tit. 5. 86. Neque nos hanc iuris regulam tunc, quando debitor amplius soluendo haud est, deferendam esse, existimamus. Etenim negari non potest, iure quidem Romano, creditores vti in sorte, ita pariter in usuris, si in iudicio concursus vniuersali iura sua persequuntur, praerogativa frui. L. 18. D. qui potior. in pign. et Anton. Negusantius de pignorib. et hypothec. Part. 5. membr. 1, 13. Neque, vti iam obseruatum est ab Aug. a Leyser Specim. 484 meditat. 11 seq. cessione bonorum cursus usurarum fistitur. Fac igitur, inter se certare creditores hypothecarios cum chirographariis de debitibus consequendis, chirographarii prius, quam hypothecarii totum debitum fuit exsolutum, solutionem petere haud queunt. Obaeratus debitor, vt omne debitum praefest, obstringitur, neque creditori inquit eius partem, recte offert. L. 41. §. 1. *D. de usur.* Totum vero debitum in sorte et usuris, simul confisit, atque usurae sunt ipsius sortis accessiones, quae naturam rei principalis sequuntur. L. 9. §. vlt. *D. de pac.* Quodlibi propter debitum, pignus creditoris fuerit obligatum, actio pignoratitia, quamdiu ex usuris quidquam debetur, locum non habet. L. 11. §. *D. de pignorat. aet.* Non possumus non hoc loco afferre locum insignem, nostrae sententiae stabilendae valde commodum. Ita scilicet Imperator Alexander in l. 5. C. qui potior. in pignor. rescriptis: prior quidem creditor compelli non potest, tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre, sed si tu illi id omne, quod debetur, solueris, pignoris tui causa firmabitur. Adde l. 8 eiusd. Tit. His rationibus moti, certe sumus persuasi, secundum iuris communis placita, creditores, licet debitoris patrimonium omnibus haud sufficiat, non tantum ratione sortis, verum etiam intuitu usurarum, iure frui praecipuo. Quae quidem sententia in constitut. Megapolitan. de anno 1646, quam Petr. Tornou. tractat. de feud. Mecklenburg. p. 675 seqq. inseruit, disertis verbis sicut confirmata, atque a pluribus doctoribus pragmaticis, veluti a Gothofred. Barthio in hodeget. forens. cap. 3. §. 27 seq. et Aug. de Balthasar in collat. iur. comm. cum iur. Saxon. qua classificat. creditor. in concurs. p. 105,

item a Mevio *Part. 8. decis. 464* propugnata. Sed sunt, qui existiment, eam tamquam iniquitatis magistram, vel prorsus esse repudiandam, vel, quia nostra iura a Romanis in hoc arguento saepe discrepant, artis cancellis concludendam. Sic Christoph. Philipp. Richter in *tractat. de iur. et privileg. creditor. cap. 7. 28 seqq.* putat, eam restringendam esse ad eam speciem, vbi bona ita comparata sunt, ut inde omnibus creditoribus satisficeri possit, ideoque in eorum partes discedit, qui hypothecariis vsuras prius, quam chirographariis ratione sortis satisfactum sit, praestandas non esse, arbitrantur. Carpzouius *Part. 1. constitut. 28. def. 164* potiori creditori tantum interesse morae adjudicandum existimat, vsuras vero reliquas, tamquam lucra posterioribus creditoribus noxia, reiicit. Eadem opinionem commendat Brunemannus de *process. concurs. creditor. cap. 5. §. 57*, cui adiungimus Menckenium in *Systemat. iur. civil. secundum Pandect. Libr. 46. Tit. 3. §. 22*. Hi vero omnes credunt, magis fauendum esse creditoribus posterioribus, quam prioribus, propterea quod illi forte repetentes, damnum effugere studeant, hi vero vsuris percipiendis, lucrum cum alieno incommodo quaerant. Sed vti his iam satisfecit Leyserus in *Specim. 488. meditat. 2.* ita quoque nos pauca quaedam adiecturi sumus. Primo quidem satis constat, legibus, quibus hodie vtinur, plerumque esse sanctum, vt non omnes, sed potiores duntaxat credidores vsuras cum forte in eadem classe accipient, neque omnibus vsuris idem locus assignetur. Quid in Saxonie Electorali obtineat, ex *Ordinat. proc. recognit. Tit. 50* omnibus notum est. Deinde discrimen, quod inter vsuras lucratorias et compensatorias statuunt, olim Romani in concursu creditorum haud curarunt. In pignore certe dato nihil intererat, vtrum vsurae ex stipulatione, an ex mora essent praestandae, vti bene admonuit Francisc. Balduinus de *pignorib. et hypothec. cap. 10*. Porro diligenter id, quod aequitas suadet, a iure certo et constituto, est discernendum. Denique creditoribus hypothecariis magis subueniendum esse putamus, quam chirographariis. Illi enim melius sibi cauerunt, digni profecto, quorum follertia praemio ornetur fructuoso.* Ceterum lectu digna de hoc arguento attulit V. C. Io. Frider. Kobius in *commentat. de pecun. mutuat. tuto collocand. cap. 8. §. 113 seqq.*

* Hinc dicasteria Vitembergensia eam, quam tuemur sententiam, hodie in iudicando sequuntur.

II.

De testamento debitoris obaerati.

Dum in homines obaeratos incidimus, eorumque statum attentius sumus contemplati, aliam iidem nobis suppeditant industriae exercendae materiam. Accidit saepenumero, ut eiusmodi homines, rerum suarum parum curiosi, non tam de debitibus, quibus premuntur, iusto tempore soluendis, quam potius de heredibus bonorum suorum recte designandis, cogitent, atque testamenta condant sollemnia, in quibus instituti heredes patrimonium apte distribuere, liberalitatem vero ambitionisam, legatis diligenter praestans, monstrare iubentur. Num vero testamentum ab eo, qui soluendo haud est, factum, sustentandum sit, non immerito quaeritur. Apud Romanos quidem erat vtitatum, ut ii, qui facultates habebant suspectas, heredem scriberent seruum, quo ignominiosam bonorum venditionem effugerent. Caius *Institut. Libr. 2.* Tit. 3. §. 6. de hoc more ita tradit: *necessarii sunt heredes serui, qui cum libertate heredes instituuntur.* *Necessarii ideo, quia aut velint, aut nolint, necessarii est eis heredes esse.* Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, et putant, se non tantum in substantia, quantum in debitibus relinquare, ipsi seruos suos manu mittunt et heredes necessarios faciunt, ut quo magis heres, quam dominus insamiam incurrat, quem res eius, id est hereditas domini pro debitibus venditur et creditoribus datur. Adde *I. 42. D. de hered. instituend. et I. 1. C. de necessar. seru. hered. instituend.* Inde factum esse existimamus, ut, licet personae, quibus testamenti faciendi ius denegatur, in digestis diligenter enumerentur, debitorum tamen obaeratorum mentio iniecta haud fuerit. Qui vero aere alieno laborant, conditione saepe inter se differunt, eorumque duo potissimum exstant genera. Namque nonnulli adhuc libera vtuntur de rebus suis statuendi facultate, cum e contrario alii eadem destruantur. Debitor, cuius bona nondum a creditoribus sunt possessa, cuique potestas de facultatibus suis disponendi, iudicis auctoritate non est ademta, obligaciones et adquirere, et in alias transferre, contractus pactaque inire, cum effectu liberationis soluere solutumque accipere potest. Iuuat hic percipere sententiam Vlpiani, quam in *I. 6. §. 7. D. quae in fraud. creditor. facta sunt*, his verbis exponit: *sciendum, Julianum scribere, eoque iure nos vti, ut qui debitam pecuniam recepit, antequam bona debitoris possideantur, quamuis sciens prudensque soluendo non esse, recipiat, non timere hoc edictum, sibi enim vigilauit.* Qui vero post bona possessa, debitum suum recepit, hunc in portionem vocandum, exaequandumque ceteris creditoribus, neque enim debuit praeripere certis

*teris post bona possessa, cum iam par conditio omnium creditorum facta esset. Consentit Scaeula in l. 24. D. Tit. excitat. Aliud vero statuendum est de eo, cui, instantibus creditoribus, iudicis decreto bonis interdictum est. Is enim facultate bona sua in fraudem eorum, quorum valde interest, eadem manere salua, villo modo minuendi est destitutus. L. 10. D. de curator. et alii extra minor. dand. Quod si is nihilo secius aliquid soluerit, nummi adhuc exstantes vindicabuntur, consumti condicentur. L. 29. D. de condit. indeb. et l. 6. §. 2. D. de reb. auðor. iudic. possidend. Itaque haud dubitandum, quin omnia, quae is in fraudem creditorum suscepit, sive irrita, sive inter viuos, sive mortis causa, quid gesserit. Magnus quidem est testamentorum fauor, sed non tantus, ut ea cum aliorum damno seruanda sint. Prodigos, quibus a magistratu bonorum administratione interdicuntur, amplius testamenta facere non posse, in variis locis traditur, vt in l. 18. D. qui testament. facer. poss. §. 2. I. quib. non est permitt. testament. facer. et in Pauli sentent. recept. Libr. 3. Tit. 4, 12. Quamuis vero inter prodigos et debitores obaeratos saepius varia intercedant discrimina; illud tamen manifestum est, testamentum eius, qui soluendo non est, quatenus in fraudem creditorum tendit, vim non habere, atque heredes in eo institutos aequae ac legatarios, priusquam creditoribus satisfactum, inde nullum commodum percipere. L. 39. §. 1. D. de V. S. L. vlt. §. 5. C. de iur. deliber. Testimonium hic denunciamus Iuliano, qui in l. 17. D. de mort. causs. donat. ita pronunciat: *et si debitor consilium creditorum fraudandorum non habuisset, auelli res mortis caussa ab eo donata debet.* Nam, cum legata ex testamento eius, qui soluendo non fuit, omnino inutilia sint, possunt videri etiam donationes mortis caussa factae, rescindi debere, quia legatorum instar obtinent. Conferas queafo l. 68. D. ad SCt. Trebell. Sic quoque iudicasse anno 1708 Iureconsultos Vitembergenses, Hornius Claff. 12, Respons. 106 testatur, cui associamus Wernherum in obseruat. Part. 3, 35 in supplement. Quod si heres institutus amore erga defunctum duetus, ne quid ignominiae in eundem redundet, omnibus creditoribus satisfacere paratus sit, non est, cur ii amplius de vi testamenti disceptare velint. Dum enim id, quod ipsis debetur, accipiunt, nihil sane refert, quomodo solutionem consecuti fuerint.*

III.

De his, qui simul delinquere, recte interrogandis.

Haud raro in foris nostris accidit, ut ii, qui coniunctim delinquere, non separatim et singuli, sed simul uno actu, super delictis commissis inter-

interrogentur. Id, licet interdum bono consilio fiat, ut scilicet omnia citius peragantur sumtusque minuantur, nemo tamen facile probaturus est. Neque negamus, nobis eiusmodi examina videri vitiosa. Etenim si in villa re, certe in delictis explorandis maxima cautio est adhibenda, ne quis iusto lenius, vel durius puniatur. Sed poena ut recte aestimetur, prius scire debemus, quantum quisque deliquerit. Vti vero homines aetate, sexu, ingenii, moribus, officiis aliquique rebus multum inter se differunt; ita quoque saepe iis, qui simul maleficium perpetravit, non vna eademque poena irrogari potest. Sic impuberes propter aetatis imbecillitatem leuius peccant, neque rigori poenae ordinariae subiiciuntur. Hinc Imperator Constantinus in *l. 1. C. de fals. monet: impuberes vero, etiam si consci fuerint, nullum sustineant detrimentum, quia aetas eorum, quid videat, ignorat.* Aliter interdum puniebantur apud Romanos propter idem facinus liberi, aliter serui, aliter infames, aliter integrae famae homines. *L. 28. §. 16. D. de poen. et l. 38. §. 3. D. eod. Titul. vbi Paulus: qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur.* Adde *Nouell. 135 cap. 10.* ex quo intelligitur, etiam propter discriminem sexus, poenam infligi disparem. In omnibus vero delictis in primis confiderandum, quo consilio quis ea suscepit, et quem sibi finem proposuerit, num sciens prudensque damnum dederit, quibus rationibus commotus ad delinquendum acceperit, et quae officia improbo facinore laeserit. Quo enim plures adfuere caussae, quae eum a delicto auocare debuerunt, quoque plura officia fuere violata, eo grauius delictum admissum est iudicandum. Latus hic se nobis offert campus, in quem lumbenter excurreremus, nisi instituti memores, breuitati studeremus. Et certe harum rerum cupidis iam satisfecere illustres viri *Io. Christoph. Kochius in institut. iur. crimin. Libr. 1. cap. 3 seqq. et Io. Christian. Quistorpius in element. iur. crim. Libr. 2. sect. 3 seq.* Sed iam rationes, cur sententiam supra propositam in foris sequendam esse, existimemus, strictim subiungamus. Si plures simul deliquerent, et si vnum idemque delictum videtur esse commissum; tamen, si personas delinquentium spectas, singulae separatim delicta propria, propter quae etiam iis poenae singulares subeundae, perpetrarunt. Eleganter *Caius in l. 34. D. de iniur. rem ita exprimit: si plures serui simul aliquem ceciderint, aut con uitum alicui fecerint, singulorum proprium est maleficium et tanto maior iniuria, quanto a pluribus admissa est. Immo etiam tot iniuriae sunt, quot et personae iniuriam facientium.* Deinde non omnes, qui com-

+ + + + +

communiter iniustum facinus perficiunt, eodem modo semper in eodem peragendo concurrunt. Alii enim veluti duces suasoresque scele-
ris considerandi; alii e contrario coeco impetu ablati, mali facti auto-
rem temere secuti sunt. Nonnulli hortando, consilia sub ministrando,
instrumenta suppeditando, in commune facinus consentiunt, licet eo
tempore, quo facinus peractum, praefato non fuerint, vel spectatores
duntaxat eius, quod alii exequuntur, delicto, adfuerint. Quis vero
omnes vna eademque poena, licet in ipso facto non aequalem operam
praefitterint, afficiendos esse credit? Aequius profecto iudicarunt Iure-
consulti Romani, vti ex l. 11. §. 2. D. ad leg. Aquit. et §. 12. I. de obligat.
quae ex delict. nasc. satis perspicitur. Huc accedit, quod ex pluribus, qui
simil deliquerunt, unus et alter, pro officiorum varietate, modo gra-
uius, modo leuius peccet. Ne obscura dicere videamur, exemplis
rem illustrabimus. Fac, plures simul iniurias verbales et reales inferre
Sempronio, vnum ex iisdem Sempronii esse filium, alterum eiusdem
esse subditum, ceteros vero nullo vinculo naturali, vel ciuili, eidem
esse coniunctos. Quis, quaeso, non intelligit, iniuriam a filio et sub-
dito patri et magistratu illatam, longe esse grauiorem ea, quae a reliquis
facta est? Pari modo hodie apud nos de ea specie erit iudicandum, quando
furtum committitur a pluribus, ex quibus quidam ei, qui furtum
passus est, consanguinitate sunt iuncti. Furtum enim domesticum poenam
ordinariam mitigare solet. *Constitut. Elekt. Saxon. inedit.* 6. et Kref-
fius ad *Constitut. criminal. Carol. V. art. 165, §. 3.* Iam vero facile appetet,
eos, qui non simil ratione delinquunt, diuersos quoque vti iuribus,
exceptionibus et defensionibus, eosque non vno actu examinandos, sed
studio accurato singulos separatim esse explorandos. Denique auream
sententiam omnibus iudicibus commendamus, quam Imperatores Arca-
dius et Honorius in l. 22. C. de poen. his verbis tradidere: *sancimus, ibi esse*
poenam, ubi et noxia est. Propinquos, notos, familiares, procul a calunnia sub-
mouebimus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim affinitas, vel amicitia,
nesarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant autores, nec ulterius
progreddiatur metus, quam reperiatur delictum.

III.

Cautio pro reconuentione praestatur tantum de iudicio sisti.

Multi in ea versantur opinione, ac si cautio, quam reus hodie ab
actore pro reconuentione postulare solet, non solum de iudicio sisti,
verum

verum etiam de iudicato soluendo, praestanda sit. Sed hanc sententiam, propterea quod moribus repugnat legumque praesidiis destituitur, prorsus improbamus. Ipsa quidem reconuentio Romanis, vti ex *I. 11. D. de iurisdictiō*, cernitur, fuit visitata, eaque simul cum conuentione processu simultaneo tractabatur. *L. 14. C. de sentent. et interlocut.* Sed moribus Saxonis aliud obtinuit, cum reconuentio prius, quam conuentio fuerit finita, institui haud potuerit. Ita enim praecepit *ius provinc.* *Saxon. Libr. 3. art. 12:* welcher Mann auf einen flagt, und einer wieder auf ihn, der von erst flagt, der darf dem andern nicht antworten, er sey dann erst ledig von ihm. Credidere scilicet veteres, sic lites citius et felicius finiri easdemque noluerunt incertis reorum allegationibus nimis protrahi. Eam in causis duntaxat connexis et olim obtinuisse, et adhuc obtainere, neminem fugit. Ignorat vero *ius Romanum* eam, quae ob reconuentiōnem exigitur, cautionem, id quod mirandum non est, cum ex *Nouell. 96. cap. 2.* pateat, iudicium reconuentiōnis haud absolute fuisse necessarium, atque actorem, aduersus quem mutua mouebatur petitio, incompetenter iudicem recusare potuisse. Sed aliud statuisse Saxonēs, ibique actorem reconuentiōne pulsatum, iudicium, in quo reum conuenierat, accipere debuisse, dubitare nos non finit *ius provinc.* *Saxon.* quo quidem *Libr. 1. art. 61.* traditur: wo der Mann Recht fordert, da soll er wiederum Rechtness pflegen. Vt igitur reus magis redderetur securus, ab actore, vt pro reconuentiōne caueret, exigere potuit, cuius quidem cautionis origo nobis ex *iur. provinc. Saxon. Libr. 2. art. 9.* repetenda videtur. Differentias iuris civilis et Saxonici in hac re dudum obseruauit Christoph. Zobel in *different. iur. civil. et Saxon. Part. I. diff. 10.* Ea vero cautio vnicē eo confilio petenda, vt reus, si actor in reconuentiōne iudicem conuentiōnis detrectet, securus praestetur, e contrario vero actor reconuentus tanto certius se fistat. Eandem nihil aliud speſtare, quam vt reconuentus coram iudice conuentiōnis, reconuentiōnem tractari patiatur, ex *ordinat. process. veter. Saxon. Tit. 6. §. 3.* certissime cognoscitur. Sed extra Saxoniam acriter disputant, num ea solum de iudicio fisti, an etiam simul de iudicato soluendo, praestanda sit. Talis controuersia nuper Lubecae mouebatur, vbi extraneus ciuem Lubecensem ex contractu assecurationis ob damnum fatale, quod naui assecuratae obtigerat, conueniebat. Reus varias exceptiones obiiciebat, atque potissimum, se magnos sumitus in nauim vi procellarum laesam impendisse, aiebat, quos vt actor restitueret, petebat. Eos vero permodum

modum reconuentonis recuperaturus, vt actor antea omnia idoneam pro reconuentione cautionem exhiberet, flagitabat. Iureconsulti le-
nenses actori iniungebant, vt pro reconuentione et expensis, ad cen-
tum thaleros vsque, pignoribus, vel fideiussoribus, caueret. Sed reus
hacce sententia non contentus, remedium reuisionis et transmissionis
actorum interponebat. Putabat scilicet, sibi non satis esse cautum, quia
summa longe maior in reconuentione erat deducta, atque cautionem
pro reconuentione in primis ad soluendum iudicatum pertinere, existi-
mabat. Prouocabat ad vsum forensem, variisque formulis subiunctis
monstrare volebat, in foris Lubencibus huc vsque eam cautionem ita,
vti asserebat, fuisse praeslitam. Sed nos priorem sententiam confirmare
haud dubitauimus. Vt tota lis melius cognoscatur, iuuat hic rationes
dubitandi et decidendi integras inferere, quae sic erant conceptae:

Obwohl Beklagter behauptet, daß das No. 8. Actor, ertheilte Decret
an und vor sich deutlich sey und keiner Erklärung bedürfe, auch, daß selbiges auf
eine andere Art nicht erklärt werden könne, als daß Kläger die geforderte Cau-
tionem pro reconuentione, auf 10000 Mark hoch, durch Bürgen oder
Pfänder, zu bestellen schuldig, dafür halten will, und hierbei sich theils dar-
auf, daß er die Caussam reconuentonis bereits benennet, auch hinlänglich
bescheinigt, theils aber darauf, daß gedachte Caution auf eine doppelte Si-
cherheit abzièle, und nicht allein de Iudicio sisi, sondern auch de Iudicato
soluendo bestellet werden müsse, beruffet, sowohl durch die No. 21 beyge-
brachte Cautions-Notuln sein Vorgeben, wasmaßen es in dasigen Foris her-
gebracht sey, daß der Vorstand der Wiederklage halber, dergestalt geleistet
werden müsse, daß ein Cavent sich anheischig mache, alles dasjenige, was in
der Reconvention durch Urtheil und Recht obtiniret wird, als seine eigne
Schuld zu bezahlen, sofort erweislich zu machen gesucher, auch nicht zu leug-
nen, daß nach denen beygefugten Notuln, angeführter maßen caviret wor-
den, über dieses No. 23 sich erklärt, wie er erbdthig sey zu erweisen, daß seit
mehr als 30 Jahren, beym dasigen Ober- und Nieder-Gerichte mehr erwähn-
te Caution auf die angegebene Art praechiret worden, im übrigen auch ein-
wendet, wie er dadurch, daß Kläger den verlangten Vorstand auf 100 Thlr.
hoch bestellen, und das in der Convention zu gewinnende Quantum, bis
nach geendigter Reconvention, im gerichtlichen Deposito lassen solle, in An-
sichtung derer mittels der Wiederklage auszuführenden und bei nahe auf
10000 Mark hoch sich belauffenden Gegen-Forderungen, die erforderliche
Sicher-

Sicherheit nicht erhalte, mithin es, daß anders, als geschehen, erkannt werden sollen, das Ansehen gewinnen möchte;

Dennoch aber und dieweil in dem Decrete No. 8, wie und auf was Art, auch womit Kläger den verlangten Vorstand der Wieder-Klage halber, bestellen solle, nicht bestimmt worden, und aus dem Commissions-Protocolle No. 13 erhelet, daß die Partheyen über die Art, wie selbiger zu praestiren, sich nicht vereinigen können, auch Kläger im nur angezogenen Protocolle bereits behauptet, daß sothane Caution nur de Iudicio sisti, keinesweges aber de Iudicato soluendo zu praestiren, und die auch gegenwärtig von Beklagten geduserte Meynung sattsam zeigt, daß Beklagter mit Klägern hierüber nicht einig sey, hieraus aber, daß das No. 8 befindliche Decret einer näheren Bestimmung und Erklärung bedurft habe, sich von selbst ergiebet, hiernächst Beklagter zwar No. 2 Actor, einen Saldo von 9996 Mark 7½ bl. als eine an Klägern habende Gegen-Forderung angegeben, jedoch von Klägern No. 3 hierwieder verschiedenes und insbesondere dieses excipiret worden, daß die specificirten Posten noch zur Zeit nicht liquid, auch die erste und grösste Post mit gegenwärtiger Sache in keiner Verbindung stehe und die Reconvention dieserhalb nicht statt finde, die in Ansatz gebrachten Reparatur-Kosten aber von ihm nicht zu erstatzen wären, in dem Lübeckischen Rechte Part. 5 Tit. 3. Art. 3 aber ausdrücklich verordnet, daß der, welcher zuerst geklaget, dem andern auf seine Reconvention keine Antwort geben dürfe, er sey denn zuvor mit Recht von ihm geschieden, jedoch solle er schuldig seyn nahmhaftig zu machen, warum er Klägern zu reconveniren habe, hieraus aber, daß solches vom gemeinen Rechte, nach welchem die Con- und Reconvention in einem Processe zugleich erörtert wird,

L. 14. C. de sentent. et interloc.

abweiche, gnislich erscheinet, und kein Zweifel, daß die Verordnung des Lübeckischen Rechts aus dem iur. prouinc. Saxon. Libr. 3. Tit. 12 entlehnet worden, mithin auch daran, daß nach selbigen die Reconvention blos in Caussis connexis statt habe, nicht zu zweifeln siehet, hieraus aber auch sich veroffenbart, daß die Cautio pro Reconventione, als welche in den Römischen Rechten nicht bekannt,

Heineccius in element. iur. German. Libr. 3. Tit. 5. §. 179.

nicht aus dem gemeinen, sondern einzig und allein aus dem Sächsischen Rechte zu beurtheilen, nach dem Sächsischen Rechte aber dergleichen Vorstand nur als eine Cautio de iudicio sisti anzusehen,

Mencke in Systemat. iur. ciuil. secundum Pandect. Libr. 2. Tit. 8. §. 4.
Carpzou. Part. 1. Constitut. 5. def. 1.
Berger in Elect. disceptat. forens. Tit. 12 seq.

und dannenhero solche nicht nach dem Quanto der Gegen-Forderungen, welche Beklagter in der Reconvention auszuführen gesonnen, bestimmt zu werden pflegen,

Riuinus in Enunciat. iur. Tit. 13. §. 20 seq.

vielmehr es hierbei lediglich darauf ankommet, daß Beklagter wegen der anstellenden Wieder-Klage, hinlängliche Sicherheit erlange, daß Kläger vor eben dem Iudicio, alwo er die Convention angestellet, in der Reconvention sich stellen und allda Recht nehmen werde, und durch voriges Urtheil Beklagten diesfalls genugsam prospiciret worden, so viel hingegen die beygebrachten Cautions-Notulen anlanget, daraus die angezogene Observanz um so weniger zu erzwingen steht, da willkürliche und freywillige Handlungen streitender Partheyen ein Recht, welches einen Tertium obligiret, nicht bewirken, auch daraus nicht abzunehmen, daß durch ein rechtskraftiges Decret mehrgedachte Caution angeführtermassen zu praefiren, auferlegt worden, einföglich auch Beklagter zu dem anerbothenen Beweise, in Betracht, daß, wenn auch verschiedene Personen über rechtsverwährte Zeit, auf die vom Beklagten angeführte Art, den Vorstand wegen der Wieder-Klage, wirklich bestellet, daraus dennoch eine Verbindlichkeit, daß ein Tertius solchen auf die nehmliche Art zu leisten schuldig, nicht herzuleiten steht, keineswegs gelassen werden mögen, bey so bewandten Umständen aber, wegen Unerheblichkeit derer Gravaminum, voriges Urtheil schlechterdings zu bestätigen, und Beklagter, da er den Procesz zur Ungebühr verzögert, in Erstattung derer temere cauffirten Kosten zu vertheilen gewesen, so sind wir ic.

Sic vero Iureconsulti Vitembergensis a Senatu Lubecensi consulti,
in caussa Gustaph Adolph Dellingshaufens ~~v~~ Johann Michael Draguhnens,
mense Februario 1778 responderunt.

ULB Halle
002 265 427

3



(f) 56.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



OBSERVATIONES
IVRIS ROMANI ET SAXONICI

Q V A S

P R A E S I D E

D. G E O R G I O S T E P H A N O
W I E S A N D I O

P R O F E S S O R E I N S T I T U T I O N V M O R D I N A R I O C V R I A E
P R O V I N C I A L I S S C A B I N A T V S A T Q V E C O L L E G I I
I V R E C O N S V L T O R V M A S S E S S O R E E I V S D E M Q V E

H. T. D E C A N O

D I E X X I I M A I I A. S. R. C I C I C C L X X V I I I

H. L. Q. S

P U B L I C A D I S C E P T A T I O N E D E F E N S V R V S E S T

I O A N N E S A V G V S T V S L V D O V I C V S M E N C K E N I V S

V I T E M B E R G E N S I S S A X O .



S P E C I M E N VII

V I T E M B E R G A E

L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T. D Ü R R I I A C A D. A T Y P I S